

g. horarum itinere, quantum descensus Be-
thorun distat ab Azeca, persecuta sit? Vo-
ces illæ apud Hebreos *lapiðes grandinir*,
non grandinem tantummodo significant du-
ritie & magnitudine lapides referentem,
quemadmodum contrarie sententiæ Autho-
res insinuare videntur; sed prono sensu ex-
primunt grandinem lapidum, five lapides
instar grandinis, eodem nempe impetu &
copiâ ruentis. Plura suppetunt similium
expressionum & transpositionum exem-
pla; ita pro lampade incensâ *lampas ignis*,
pro zelo ardenti *ignis zeli*, pro igne Ur-
bi subiecto *Urbem in ignem convertere usur-
patur.*

Tandem ea generalis regula revocanda

est, nunquam scilicet figurato, & impro-
prio sensu utendum esse, cum litera fatis
pronum & naturalem alterum exhibet. Est
autem, quam nos producimus, interpre-
tatio literæ magis consona; quippe quæ
Textum legentibus prima occurrit, nihil
habet in contrarium, quod non faci-
le dissolvatur. Lapideam pluviam ad Phy-
sica regulas ita revocare conati sumus,
ut habeamus persuasum, nihil contra illam
opponi, quod etiam contra grandinem
non possit. In hoc autem hypothesis de
grandine superat, quod Scripturæ literam
pro se habeat. Quid igitur nos ab illa
retraxerit?

DISSERTATIO

DE REGIONE IN QUAM CHANANÆI

PULSI A JOSUE SESE RECEPERUNT.

BELLUM à Josue cum Chananeis gestum, vicesque, quibus mox ab Israelitarum ingressu universa illorum regio agitata fuit, majoris momenti res est, que ipsa granditate suâ ac singularitate in lectione hujus historie occupatos animos maxime teneat. Integra gens florentissima & potentissima jam inde à pluribus seculis ad excidium sententiâ damnata, peti se inopinatò sentit ab exercitu 60000. viro- rum, quos Imperator agebat à Deo constitutus, ejusque autoritate munitus, juf- fisionibus directus, ac tandem favore pol- lens. Quem insuper astra, & elementa reverenter, qui vel ipsa prodigia militare pro se in hostes Domini sui coegit. Accedebat Deus ipse summè potens exerto manu in Chananeos pugnans, terrore in eorum exercitum incutiens; tum autem cor- da eorum obdurans, oculos ad saniora, discernenda confusa obcaçans, actandum in tantis rerum angustiis arma sumere cogens, quod scilicet in manus populi sui illos traderet. Captos autem jubet Deus anathemati devoveri, cavaens, ne quis unquam ex illis excidio totius gentis su- perstites esse permittatur, quin & omnia, ferro & igni expiri, ne quid reliqui maneret de gente, cuius criminis ad sum- mum malorum deducta Cœlum ipsum soli- citaverant.

In ea Chananaearum rerum turbatione, partim ad arma pro defensione rerum sua- rum confugerunt, atque auctu belli absump- ti sunt, partim præsentissimum periculum declinaturi spontaneo exilio solum verte- runt. Postquam igitur in nostro Commen- tario bellorum Domini, atque armorum Josue eventus omnes prosecuti sumus, re-

atus rerum ordo postulat, ut de illis ser- monem faciamus, qui promptâ in alias re- giones secessione salutis suæ consulerunt. Cum autem nupiam in Libris sacris certa apparet loca, quod populus ille trans- migrari, nos varias orbis regiones per- currentes illarum vestigia, si qua poteri- mus, detegere conabimur.

Qui de hoc argumento egerunt, non satis convenient inter se; alii enim in Ägyptum recessisse Chananeos autem, alii in regiones Africae Laterales, qua parte Occidentem, & Septentrionem re- spicit. Sunt qui Europam tenuisse, sunt qui Americanam maluerint. Suspiciunt tan- den alii per varias Mediterranei Insulas, & continentis loca varia sparfos illos se- des fixisse suas, quibus favere Scriptura 2. Esd. 9. 22. videtur, ubi dispersos dicit Chananeos per varia Mundi clymata (a). Sed alii unum omnibus locum assignare vixim eft. Sunt qui ex septem populis Chananaitudinem tenentibus ex singulis portio- nem aliquam fugiisse Israelitas teneant; sunt vicissim qui solos Jebuseos, & Gergesos id coepisse confilium statuant. Hec on nia modo in examen revocanda sunt.

Authores Judæi narrant (b), sub ipsum Chanaanitidem ingressum iria hæc populo- rum optioni à Josue proposita. Primum, ut libera esset singulis, qui maximè volu- sent, recedendi facultas. Secundum, se

recepturum eos, qui pacem postulasset, sœdique se cum illis initurum. Tertium tandem, quicumque propositis conditioni- bus non annuisset, illis indicere se bellum scirent. Unus super tringita Chananaeo- rum Reges, bellum paci præferentes exter- minati sunt, Gabaonitæ pacem elegerunt;

& sedus. Gergesai fugam in Africam. Paria fermè Maimonides prodit [c]. Jo- sue

a *Tachlekm.*

b *Gemarr. Je-*

rofol. tit. Scher-
bit c. 6.

c *Halac. Melo.*

De Regione quo Chananei se receperunt: 155

me, inquit ille, missis ad Principes Chananeorum caduceatoribus, hac variis epis- tolis scripta denunciari mandavit. Ex il- lis aliae habebant: *Fugam capiat si quis maluerit: aliae: Dedat se quicunque voluerit; postrema tandem: Bellum eligat qui- cunque bello deleatur.* Addit autem so- los Gergesos, Domini verbis fidem ha- bentes, in Africam secessisse. Inter He- breos, reliquis omnibus pacis conditiones propositas statim recusantibus, uni Gabao- nite fedus per dolum à Josue subduxerunt. Cæteri omnes in bellum conver- patur.

Sed quem potissimum Africa locum se- legerunt Gergesai? Silent id quidem Rab- bini, illud tantummodo prodentes, sub Ale- xandro Magno (d) venisse illos postula- tur. Vocati ad dicendum cauam Judei re- sponderunt, nihil se quidem Gergesos de- bere; quin potius sibi restitudos esse Gergesos tanquam mancipia fugitiva Do- minis; reficienda insuper damna, quæ fraudatæ tot annorum servitudo populo in- tulissent. Probant eam quidem Gergesorum servitutem ex maledicto Noemi in Chananaan, ex quo Gergesai descendissent: *Maledictus Chanana: servos servorum erit* (e). Significarunt autem nihil esse explo- ratum magis, quām quā fugā te subdu- xissent. Stabat jam Hebreis sententia, cum Gergesai de causa suā desperantes damnationem promptā secessione eluerunt. Hæc quidem Rabbini, nec sanè aliam meren- tur fidem, quām quæ præclaris tot fa- bularum fabricatoribus debetur. Josue ip- se de se testatur Gergesos vice (f), quo- rum reliquæ adhuc Iesu Christi aetate re- stabant (g). Sed hæc saltem, quamquam non vera, veterem demonstrant tradicio- nem, Gergesos scilicet in Africam trans- migrasse.

Narrant ex Rabbinis quidam (h), spar- so de adventu Hebraeorum in suam pro- vinciam rumore, atque eas illi desti- nari sedes intelligentes, in fugam versos, arva reliquæ cæsis arboribus, & obstrutis fontibus deserta, evertisse Urbes, ut no- vis incolis nihil præter solum maneret. Harum facile gentium (i) pars in Ägyptum, pars in Africam, Germaniam, & Illyricum secessit. Hanc de Germania opini- onem propugnat Genebrardus, contendens, vastam illam regionem, non secus ac occidentalem omnem tractum, deserta- fuisse loca, quo tempore Chananae dis- persi per Orbem errabundi vagabundur. Chananeos autem in ea transmigrasse de- fera probat ex rudi illa extremaque bar- barie veterum Germanorum, quos inter Scythas Plinius accenset [k]. Genebrar- di judicium minus probassit Serrarius vide- tur (*), in eo maxime quod ille in veteres Germanos iniquior fuisset, quamquam aliqui idem Serrarius ultra fatetur Rabinum Abenezram, aliosque ante illum, consti- tuisse in Germania Chananeos; sicut & vernacularum Germanorum linguam aliquid habere cum Hebreis & cum Chaldaicis po-

i *Vide in Se- der Olam & Genebr. Chron.*

ad an. 2709.

k *Plin. l. 4.*

* *In Josue cap. 12.*

12. q. 6.

Difser. Calmet. Tom. I.

¹ Pallad. His-
Lausi. cap.
106.

ⁱⁿ De Bello
Vandal. l. 2. c. 10.

v

di-

ditio jam inde à tempore erectæ geminæ columnæ (quas sancè multò vetustiores Procopio credere par est) repentina videtur. Scitum est Africa laterales plagas coloniæ Phœnicum frequentatas fuisse, cum & lingua, & moris, & Religionis, uno verbo, originis Phœnicæ & Chananeæ non obscura extent in iis locis vestigia, quin & de coloniis earum gentium varia maneat in historiis monumenta. Negotio facilius regionibus frequentandis missus; duæ illas ex Chananeis vix ambigimus; ex Chananeis, inquam, qui gravissimo ab Hebreis incommode affecti, Sidonias conseruentes naves alio migrare coacti sunt.

3. Esto, incertum sit tempus coloniarum Phœnicum: illas tamen omnes vetustissimas fuisse, & plerasque bello Trojano antiquiores inde intelligimus, quod Greeci è bello rediles ad quicunque appellerent loca (r), eoli jam inde à veteri etate à Phœnicis audiebant. Ita plane nobiscum Gregorius. Historici convenienter. Porro bellum Trojanum post 240. annos ab obitu Josue consignatur; quare si eâ temporis intercapidine inter Josue & Salomonem, constitutas omnes illas colonias, & ex Chananeis fugâ presentissimo ob Hebreos in dies magis sele per Chananeitidem diffundentes, periculo subductis, constanter dixerimus, nemo falsi in nos crimen dixerit.

Sallustius ex vetustis Commentariis Regum Numidie, Punicis scriptis, refert veterem Africanorum traditionem de adventu in Africam Herculis Tyri vel Libys, cum exercitu Medorum, Periarum, & Armenorum; deferenda autem regionis fugâ in causa fuisse tradit bella civilia sive domistica; addit insuper, quos secum Hercules duebat milites, mixto cum scemini Lybicus conubio, ab aviti sermonis puritate sensim degenerantes, sed redactos fuisse ut neque priora retinentes nomina, Medi & Armeni mirâ prorsus, & infusa nominis corruptione Mauri appellarentur (s).

Hornius [*], ad eum Sallustii locum meditationa adjungens sua, animadverit, genuinum Herculis Africani nomen fuisse Macerin, teste Pausania (t). Porro nomen illud derivari potuit ex Hebreo, sive Phœnicio Mechoker, sapiens, percursor. Armeni illi, de quibus Sallustius, facile pro Aramais vel Syris, seu potius Amorrhais sub Hercule duce in Africam deductis usurpandi sunt; cum autem Sallustius gentem illam ne audisset quidem unquam, quippe quod nomen ipsum vel in propria illarum Regione jam obsolevisset, facile cum Armenis confudit; minus animadvertis nomen Mauri, quo appellabantur, satis ad Amorrhæos accessisse. Quia cum Sallustium, uì jam diximus, fugerent, ejus nominis originem deducit longè etymologiam petivit, cum in promptu haberet originem, si rerum Chananeum historiam nosset. Quid Medi, nisi Madianite? Quid, Peræ, nisi Phœsi? Perfarum enim & Medorum nomen Herculis Africani ætate nondum inrebusserat.

Gomeræ, populi nostræ etiam ætate, in Mauritania noti (u), ex quibus regio Gomeritis in Lybia, & Gomera Insula inter Canarias; Gomeræ, inquam, ex Amorrhæis nomen suum derivasse Hornius auctorat; quemadmodum & Canaria Insula minor, & discrimen erat majus, cum

q. Vide Com-
mentarii in Jo-
sue 19. 29.

& scientiæ imperitiores essent, & navigiorum fabricandorum rudior adhuc esset ars; quod quidem ejus gentis propagationi obstatissime plurimum debuit. Cum autem aliqui exploratum habeatur, Phœnices circa etatem Josue infinitas penè colonias variis regionibus frequentandis missi; duæ illas ex Chananeis vix ambigimus; ex Chananeis, inquam, qui gravissimo ab Hebreis incommode affecti, Sidonias conseruentes naves alio migrare coacti sunt.

4. Esto, incertum sit tempus coloniarum Phœnicum: illas tamen omnes vetustissimas fuisse, & plerasque bello Trojano antiquiores inde intelligimus, quod Greeci è bello rediles ad quicunque appellerent loca (r), eoli jam inde à veteri etate à Phœnicis audiebant. Ita plane nobiscum Gregorius. Historici convenienter. Porro bellum Trojanum post 240. annos ab obitu Josue consignatur; quare si eâ temporis intercapidine inter Josue & Salomonem, constitutas omnes illas colonias, & ex Chananeis fugâ presentissimo ob Hebreos in dies magis sele per Chananeitidem diffundentes, periculo subductis, constanter dixerimus, nemo falsi in nos crimen dixerit.

Sallustius ex vetustis Commentariis Regum Numidie, Punicis scriptis, refert veterem Africanorum traditionem de adventu in Africam Herculis Tyri vel Libys, cum exercitu Medorum, Periarum, & Armenorum; deferenda autem regionis fugâ in causa fuisse tradit bella civilia sive domistica; addit insuper, quos secum Hercules duebat milites, mixto cum scemini Lybicus conubio, ab aviti sermonis puritate sensim degenerantes, sed redactos fuisse ut neque priora retinentes nomina, Medi & Armeni mirâ prorsus, & infusa nominis corruptione Mauri appellarentur (s).

Hornius [*], ad eum Sallustii locum meditationa adjungens sua, animadverit, genuinum Herculis Africani nomen fuisse Macerin, teste Pausania (t). Porro nomen illud derivari potuit ex Hebreo, sive Phœnicio Mechoker, sapiens, percursor. Armeni illi, de quibus Sallustius, facile pro Aramais vel Syris, seu potius Amorrhais sub Hercule duce in Africam deductis usurpandi sunt; cum autem Sallustius gentem illam ne audisset quidem unquam, quippe quod nomen ipsum vel in propria illarum Regione jam obsolevisset, facile cum Armenis confudit; minus animadvertis nomen Mauri, quo appellabantur, satis ad Amorrhæos accessisse. Quia cum Sallustium, uì jam diximus, fugerent, ejus nominis originem deducit longè etymologiam petivit, cum in promptu haberet originem, si rerum Chananeum historiam nosset. Quid Medi, nisi Madianite? Quid, Peræ, nisi Phœsi? Perfarum enim & Medorum nomen Herculis Africani ætate nondum inrebusserat.

Gomeræ, populi nostræ etiam ætate, in Mauritania noti (u), ex quibus regio Gomeritis in Lybia, & Gomera Insula inter Canarias; Gomeræ, inquam, ex Amorrhæis nomen suum derivasse Hornius auctorat; quemadmodum & Canaria Insula minor, & discrimen erat majus, cum

u. Vide Anton.
Nebriss. De-
cad. 2. Rer.
Hispan.

De Regione quo Chananei se receperunt. 157

It, alio nomine Fortunata, ex Chananeis eidem Scriptori probantur (x).

Ad bella civilia & domistica Herculem in alienam regionem propellentia quod spectat, non abs re prorsus ipsissima esse creduntur ab Israelitis identem in reliquis Chananeorum post obitum Josue gesta. Memoria proditum est bellum Juda, & Simeonis in Iesbaeos, Hethaos & Phereos, qui assignatam iisdem Tribubus fortem occupabant (y). Nec forte ab aliis Tribubus in sua singulis sorte à bello cestatum est. Nota sunt prelia Debora, & Barac in Jabin Regem Asor (z); Gedeonis in Madianitas (a), tum & alia plura. His astigi bellis Chananei, ut libertati suæ consulerent, solum vertere coadi sunt. Potuit etiam Deus, ut sua in impia gentes decretâ executioni mandaret, eos inter se populos committere, ex quo fieret ut etiam ante Hebreorum adventum alius alium ab avitis sedibus pelleret.

Porro sententia Chananeos in Africam inveniens, nec nova est, nec incerta. Vetera Urbi hujus regionis nomina semel omnia Phœnica sunt. Ardanis, Hippona, Leptis, Utica, Tingis, aliaeque plures colonia sunt Phœnicum, nemine refragante. Carthaginem omitto, Urbem nonnisi post Salomonis ætatem adificatam. S. Augustini ætate Africani de origine sua requisiti, Chananeos se (Canani) probebant (b). Arabes hodie tenent, Barbaros Africæ ex vetustis Palæstinæ populis, qui in eas confugerunt. Regiones, repetentes esse. S. Hieronymus (c), S. Augustinus (d) & recentiores Critici agnoscunt veteris linguae Punicæ, & Chananeæ consensum; ut plura in eam rem congerere frustaneus prorsus sit & inutile labor. Quare non sine firmis conjecturis concludimus, Chananeos ferè omnes Israelitarum arma fugâ declinantes in Africæ regiones secessisse.

Quæ tamen à nobis dicta non ita accipienda esse contendimus, ut alia petitissima loca Chananeorum nulli credantur; quamquam enim vastissimum ejus terra tractus, omnibus in sedem sufficiet, alia tamen ab aliis selecta loca credi par est. Ita Capadociæ, Colchos, Georgianos sive Gurgestanos ex Captoritis, & Gergefais derulant (e). Cilicum Author fuisse creditur Cilix, frater Cadmi, dux Cadmoniorum. Nec desunt qui veteres Gigantes Sueviae, & Norvegia ex stirpe Gigantum Chananeorum fatos credant (f). Sicut in Scriptura noti, facile patres fuerunt Senni, Insula Siciliae, Sardinia, Malitæ, Cypræ, Corcyra, Balearides, Gaditanæ, aliaeque plures, incolas habuerunt Phœnices. Sardinia nomen derivatur à Sardo filio Herculis Africani (g). Author anonymous sub Alexandro Severo scribens, primos Balearidum, & Gadium incolas ex Chananeis, & Iesbaeos à Josue pulsis accersit. Ex his postremis nomen indutum est Ebulae Insulae non longè ab Hispania (h). Cadmus Thebarum conditor, patrem habuit, juxta Suidam, Agenorem sive Ogygem, qui ipissimus est Og Rex

Balan. Inachides, seu filii Inaci in tota Græcia celebratissimi non ali creduntur ab Enæsum, seu filius Enach, robore virum, & strenuitate in Scriptura notissimi (i). Phœnicum, sive Penicin, nomen olim toto orbe clarum, ex Hebreo Beneanak aliqui accersunt. Nec tamen fidem meam obligaverim, ut hæc omnia, quæ de origine earum gentium retulimus, quasi scilicet ex Chananeis ab Hebreis pulsis deriventur, rata sint & firma; verum liquido conjectat, eas conjecturas plerumque veritati historicæ in nihil prorsus repugnare; & si minus quidem in promptu sit demonstrare omnes eas colonias ætate Josue fuisse dedicas, negaverit, tamen nemo saniores illarum partem ex Chananeis esse accersendas, non diu post summi illius Ducis obitum constitutas.

In historia, vel si mavis fabella Cadmi tot deprehenduntur originis Chananeæ vestigia, ut scrupulos ea de re omnes evallant. Tempus deductæ colonia cum ingressu Josue in Chananeitidem ferè congruit; narrat enim jaeta à Cadmo una cum fratre Phœnico Regni Tyrræ & Sidonii fundamento. A. M. 2549. ante Christum 1455. qui nempe annus congruit cum anno 37. itineris Hebreorum per desertum sub Moyle duce; ac triennio ante ingressum Josue in Chananeitidem, Cadmus ipse in Graciam fesecepit. Consignatur idem ejus adventus in Graciam, & conditæ Thebarum Urbis epocha in mare Arundelliano ad ann. 64. erat Attice, nempe ann. 3195. Periodi Julianæ, & ante Christum 1519. Sub hac tempora Moyles apud sacerdotum suum Jethro in Madianitide versabatur. Qua semel admisit supputatione, immerito prorsus reputaremus Cadnum Hebreorum metu è Chananeitide fese subduxisse, cum nulla adhuc expeditionis Hebreorum in eam regionem consilio prodissent. Prior est ergo epocha retinenda, vel deferenda opinio, quæ inter transfigas Chananeitidis virum accenseret. Facile se ab hac expedient difficultate illi, Hebreorum in Ægypto moram ad 430. solidos annos prorogant; sed nullo nostro periculo defendere nos cogimur Ducus hujus in Graciam itineris in causa fuisse illatae à Josue in Chananeitidem arma.

Exstat inscriptio quædam Herculis Magufani legenda Wefcappel, qui portus est Zeelandiæ, in Insula Walcheren; hunc autem Herculem D. Gallæus coæcum Moyse facit, ductoremque eorum, qui Palæstinam ad ingressum Josue filium Num deferoerunt. Ab illo verò positas ferunt columnas illas Herculis Gaditanas. Referebat pīsus imaginem veteris cuiusdam navis gubernatoris, semicalvâ fronte, facie veluti sole adustâ. Ritu Phœnicio veluti Numen colebatur in Templo, in eadem urbe Wefcappel adificato. Porro nomen Magufanus ex Chaldaeo Gouz derivatum sonat abscondere, & per metaphoram est transire seu pertransire; ita naves & vadum fluminis Chaldaei appellant megiza. Legitur etiam 2. Reg. 19. 17. & 1. Esdr. 16. 2. vox megisau pro-transvadare. Nullus est profecto ambi-

i. Vide Grot. in
Num. 14. 23.

x. Vide Hor-
nius l. 2. cap.
9.

y. Judic. 1. 34.
&c.

z. Judic. 4. &
5.

a. Judic. 6. &

7.

b. Exposit. in-
trobat. Ep. ad
Rom. Interro-
gati rustici no-
stri, quid sint,
Punicæ respon-
dent Canani.
c. Tradit. He-
br. in Gen.
Idem in Jerem.
cap. 25. &c.
d. In Judic. 9.
16. & Jerem.
35. de verb.
Domini.

e. Vide Hor-
nius de orig.
gent. Ameri-
c. lib. 2.
c. 3. pag. 73.

f. Arnigrimus
Jonas apud
eundem.

g. Vide Pau-
san. in Phœ-

h. Boch. Cha-
naan. l. 4. c. 36.

l. Vide Anton.
Nebriss. De-
cad. 2. Rer.
Hispan.